



**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.  
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm  
Crvcifixvm**

**Sandaeus, Maximilianus**

**Coloniae, 1648**

42. Crucis signum in labijs pingens, os claudit, & expirat.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55065)

## II.

## AMATOR CRVCIFIXI

42. *Crucis signum in labijs pingens, os claudit, & expirat.*

B. PAVLA  
Romana.

Genus  
Paula.

Religio.

Pietas,

*Afflictione esse cum Christo. c.*

corporis

admiranda.

QVID possit in sexu fragili amor CRVCIS, & CRVCIFIXI imitatio, docuit vna in paucis, PAVLA Romana vidua, nobilis genere, sed multo nobilior sanctitate, illustris quondam opibus & potens, sed deinde Christi paupertate clatior, Gracchorum stirps, soboles Scipionum, Pauli heres, cuius vocabulum trahebat, Martia Papyria, matris Africani vera & germana progenies. Ea ut tolleret CRVCEM suam & sequeretur CRVCIFIXVM, Romæ prætulit Bethleem, & auro tecta fulgentia informis luti vilitate mutavit. Quamdiu in corpore fuit peregrinata a. est à Domino, & voce semper flebili conquerebatur: b. *Hec mihi quia incolatus meus prolongatus est, habitavi cum habitantibus Cedar, multum peregrinata est anima mea. Cupio dissolui &*

du.

duplicatis contraxerat ieiunijs) vexabatur, hoc in ore voluebat: *Subijcio corpus meum, & in seruitutem redigo, ne alijs predicans ipsa reprobata inueniar.* d. Inter doloris aculeos, quos mira patientia sustinebat, quasi apertos sibi celos aspiceret, loquebatur: *Quis dabit mihi pennas, sicut Columba, & volabo, & requiescam?* c.

Post vitam sanctissimè actam, in terra CRUCIFIXI signata vestigijs, incidit *Morbus* tandem in grauissimam valetudinem, *supremus* & quod optabat, inuenit, vt mortales deserens arctius Domino iungeretur. *S. Paulus* Sentiebat adesse mortem, & frigente alia parte corporis, solum animæ teporem in sacro pectore palpitare: & nihilominus, quasi ad suos pergeret, alienosque deseret, illos versiculos susurrabat: f. *Domine, dilexi decorem domus tuae, & locum habitationis gloriae tuae.* *Desideriū* *coeli.* Et? g. *Quā dilecta tabernacula tua, Domine virtutum, concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.* Et, h. *Elegi abiecta esse in domo DEI mei magis, quàm habitare in tabernaculis piscatorum.* Cū interrogaretur, an doleret aliquid? respondit, nihil se habere molestiæ, sed omnia quieta & tranquilla perspicere.

Post.

*Aspira-  
tiones ad  
caelum.*

*Pingit  
Crucis si-  
gnum in  
labijs.*

Post hæc obmutuit: & clausis oculis, quasi mortalia despiceret, vsque ad expirationem animæ eisdem repetebat versiculos, vt quod dicebat, vix audiri posset. Denique digitum ad os tenens, & CRVCIS SIGNVM pingens in labijs fidei Creatori, expirans animam suam tradidit, cum vixisset in sancto proposito Romæ annos quinque, Bethleem annos viginti, omne autem vitæ tempus quinquaginta sex.

a. 2. ad Corin. 5. b. psal. 119. c. ad Phil. 1. d. i. Corint 9. e. Psal. 14. f. Psal. 25. g. Psal 83. S. Hieronymus epist. 27. ad Eusebium. Surius 27. Ianuar. Baron. No. is Mart. & tomo 5. Annal. Obijt Anno 405.

## III.

## AMATOR CRVCIFIXI

*domum quamlibet ingrediens, utensilia  
Cruce signat: & ad mensam, lances,  
ac pocula.*

43.  
S. VEDASTVS  
Episcopus  
Atreba-  
tensis.

FVIT sanè liberalis in extendenda dextera, & formanda vbique CRVCIS, domi forisq; S. Vedastus, insigni vlt sanctitate, & amore erga CRVCIFIXVM Dominum, postea Episcopus Atrebatensis